Trium millium florenorum polonicorum tum et Census ab eadem provenientes ob praestitam sibi summae eiusdem et Census ab eadem pro annis praeteritis provenientes plenariam et sufficientem satisfactionem. Nec non de inscriptione praefata Terrestri Praemisliensi modo praemisso facta de praemissis latiore quietant emittunt liberumque et absolutum pronunciant Inscriptionem praefatam Recognitionalem in toto cassant mortificant et annihilant ac de bonis condescendant salva nihilominus repetitione eiusdem Census annui pro anno tantummodo proxime praeterito videlicet Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto a praefato summa principali provenientis si et in quantum idem Census non fuerit persolutus sibi suisque Succedaneis et toti Conventui praefato pleno in robore Reservata.

G: Roguski Mrozka Quietat.

Comparens praeterea coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Praemisliensis Generosus Stanislaus Roguski sanus mente et corpore exens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Praemisliensis Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosum Martinum Mrozek Krzeliczyki eiusque posteros de summa Trecentorum florenorum polonicorum per ipsos sibi recognoscenti recognitione certa manuali de actu et data eiusdem Praemisliae feria sexta post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime praetentum proxima data subscripta et Actis praesentibus sub simili vadio Roboratae ad solvendum assecuratae Nec non de ipsa recognitione eiusque inscriptione Roboratoria quietat emittit et liberum pronunciat Inscriptionem Roboratoriam in toto et totam cassat mortificat et annihilat Recognoscens eiusdem summae totalem praestitam esse persolutionem Eius recognitionis vigore.